



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commisisse, meminerit.
lxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

iam non laborat. Permittit tamen dominus laborare eos suos, vt remeorentur tribulationum laboris, vnde semetipfos custodiant, timentes ne tantos labores amittant. Nam & filios Israël ideo Deus per desertum quadraginta annis circuduxit, vt rememoratis tribulationibus non redirent retrorsum.

Vt nullus episcopus seu presbyter alterius penitentem sine literis sui episcopi suscipiat. Cap. LXII.

Ex epist. Felcis papa, ca. 2.

Curandum verò maximè & omni cautela prouidendum, ne quis fratrum coepiscoporumque nostrorum aut etiam presbyterorum in alterius ciuitate vel diocesi penitentem, vel sub manu positum sacerdotis, aut eum qui reconciliatum se esse dixerit, sine episcopi vel presbyteri testimonio, & literis, ad cuius pertinet parochiam suscipiat.

Vt penitentes secundum canones nisi per acta penitentiam communicare non debeant. Cap. LXIII.

Ex decre. Py papa, cap. 2.

Poenitentes non debent communicare ante confirmationem penitentiae.

Quod pro ethnico & publicano sit habendus, qui pro peccato commisso penitere noluerit.

Caput LXIII.

Ex dictis August.

Erga eum qui pro peccato commisso non penitentem esse debemus, sicut dominus praecepit dicens: *Sicut tibi sicut ethnicus & publicanus, & sicut Apostolus iubet. Subtrahite, inquit, vos ab omni fratre inordinate ambulante, secundum traditionem quam tradidi vobis.*

Quod à licitis se abstinere debeat, qui illicita se commississe meminerit. Cap. LXV.

Ex dictis Gregor. papa.

Qui se illicita meminit commississe, à licitis etiam abstineat: quatenus per hoc conditori suo satisfaciatur, vt qui commisit prohibita, sibi in eis abscindere debeat etiam concessa.

Vt nullus post penitentiae actionem ad militiam secularem redire debeat. Cap. LXVI.

Ex episto. Leonis papa, ca. 25.

Contrariū est omnino ecclesiasticis regulis, post penitentiae actionem redire ad militiam secularem. Cuius Apostolus dicit: *Nemo militans Deo, implicat se secularibus*